



EX-LIBRIS




RUBENS BORBA  
ALVES DE MORAES




Rarissimo

Vide Bibl. Arar. p. 686











ILLUSTRISSIMO, AC  
EXCELLENTISSIMO DOMINO  
D. PAULO DE CARVALHO  
E MENDONÇA

*à Regis Consiliis,*

AUGUSTISSIMÆ REGINÆ  
non solum, sed etiam Sanctæ Inquisitionis Concilii


*PRÆSIDI INTEGERRIMO,*

VIMARANENSI PRÆSULI AUSPICATISSIMO,  
Sanctæ Cruciatæ Bullæ Commissario Generali.

*DEGENUSISTIT*

ANACLETUS JOSEPHUS DE MACEDO  
PORTUGAL

Bahiensis, & in Sacris Canonibus Baccalaurus.



LISBONÆ:

Typis DOMINICI GONSALVES.

---

MDCCLXII.

*Solitis obtentis facultatibus.*



## ELEGIACUM.

## CARMEN

**C**Æsareos quid musa canet mirata triumphos,  
 Quid bellatorum parva trophæa Ducum.  
 Magnanimum pietate Virum, virtute potentem,  
 Illa referre modis officiosa parat.  
 Ne tamen aggrediens timeat nimis ardua, sanè  
 Materiâ vires exuperante suas;  
 Dexter ades, nostrisque audacibus annue cæptis,  
 Ingenium nutû statque, caditque tuo.  
 Auspice te, Præsul, non me comitabitur horror,  
 Percellet nullus pectora nostra timor.  
 Quis labyrinthas dubitet penetrare latebras,  
 Etquis inexpertas, te præeunte, vias?  
 Scilicet Icarios sospes tentare volatus,  
 Et Phaetonteis curribus ire queam?  
 Incipe jam parvas mecum celebrare coronas  
 Præsulis, & gratum fundere, musa, melos.  
 Ad Vimaraneses postquam pervenerit oras  
 Fama volans meritum te subiisse decus;  
 Protinus excutiunt mæstas nova gaudia curas,  
 Lætitiæ signis non caret ulla domus.

Æra sonant , latè festivo splendet Olympus  
 Igne , fremunt plausu , lætitiâque viæ.  
 Ducuntur ludo noctes , agitatque juvenus  
 Læta choros , quemquam sit doluisse nefas.  
 Omnibus idem animus lætos assumere vultus ,  
 Et studii , & sensûs edere signa sui.  
 Pars animos populi nec spe solantur inani,  
 Et facilem dicunt in sua vota Deum;  
 Pars memorat dotes , & docti Præfulis artes:  
 Pars censet titulis nobile stemma suis.  
 Quanta sedet Virtus, qualis Sapiencia, Candor,  
 Quæ Pietas, Splendor, Gratia , qualis Honos !  
 Extat in ambiguis semper constantia rebus,  
 Integritas animi mista pudore viget.  
 Hunc sibi vult Pallas , sibi vult Astræa : fatentur  
 Esse suum , pariter prælia quæque movet.  
 Esse suum probat ista , suum tamen altera clamat,  
 Ista suo pugnat nomine , & illa suo.  
 Utraque non victa est , victrix non utraque , certum  
 Nulla locum , medium sed sibi quæque tenet.  
 Felices populi , fortunatique coloni,  
 Felices Tantum qui meruere Patrem !  
 Hic superat pietate Numas , probitate Catones,  
 Hic relevat turbæ pauperioris onus.  
 Aurea nunc œvo conturgunt sæcula nostro,  
 Jam quoque de foliis roscida mella cadunt.

Huic

Huic quoque jucundum est, quodcunque est utile nobis;

Hic quoque præponit commoda nostra suis.

Hic placidas servabit oves, sacra dogmata fundet ;

Jam posthâc nullus cinget ovile lupus.

Scilicet ingenti rerum prudentia moli

Par erit, & tantum ferre valebit onus.

Illum magna premit communis cura salutis

Et morum, exemplis quos regit ipse suis.

Non tamen, ut Phœbus, qui nos illuminat, ardet,

Quandoquidem patitur pallidus orbe vices:

Hic constans hæret, semperque immobilis extat,

Quâ spatio cursûs meta sit æqua pari.

Occasum nescit, tumularier effugit undis,

Clarior effulget quò magis ille subit.

Talibus, atque aliis incendunt mutua dictis

Pectora, spesque suas, lætitiâque fovent.

Non titulis, Domuique tuæ data, maxime Præsul,

Munera, sed meritis, Judice Rege, tuis.

Digna quidem fastis semper gessere Parentes,

Et Regem obsequiis demeruerè suis.

Incorrupta fides, nullisque infracta procellis,

Gloria Mendoncæ est, raraque fama Domûs:

Hanc neque promissis convellere turba rebellis,

Nec prece, nec pretio, nec potuere minis.

Quid memorem innumeras, victorum præmia, lauros

Maiores toties quas meruere tui?

A Hic acie vicit , muris hic depulit hostes ;  
 Ille suo moriens sanguine tinxit humum.  
 I Straverat hic turmas , totisque cadavera campis  
 Sparsit sanguineo non bene tecta solo.  
 C Sæpe duces fuerant , quorum defensa labore  
 Emptaque sæpe fuit sanguine nostra salus.  
 I Perstitit ille , suâque enses in casside fractos  
 Sustulit , & centum pervia scuta locis.  
 J Vulfificam ille , & adhuc stillantem cæde bipennem  
 Atria victrici fixit ad alta manu :  
 C Exuviasque ducum , currusque , hastasque cruentas,  
 Bellica virtutis pulchraque signa suæ.  
 Pars minor est in laude tuâ laus tanta tuorum,  
 Multum illis debes , plus tamen ipse tibi.  
 Promeritos olim , mandato Regis , honores,  
 Et jam ferre novos , & meminisse , tuum est.  
 Quid loquar ulterius maiorum gesta tuorum?  
 Heros maior adest proximio gradu.  
 Hic est ille Comes terrarum notus in orbe,  
 Cujus in obsequium Lysia tota salit.  
 Spes , & amor patriæ , regnique extrema timentis  
 In tam præcipiti tempore , certa salus.  
 Cujus tota fides , magno violante tumultu,  
 In tanto rerum turbine , firma fuit.  
 Tantus talis adest ! nil conjurata nocentùm  
 Fœdera , nil profunt , hoc vigilante , doli.

Hic nobis recti datus est moderator, & æqui,  
 Fulciat ut Regni pondera fortis Atlas.  
 Hoc duce posteritas sic longâ pace fruatur,  
 Atque patrem patriæ libera sæpe vocat.  
 Cernimus ecce alium Francisci nomine fratrem,  
 Ardua cui Domini Regia, mensque patent.  
 Sorte suâ gaudet populus, mirantur & omnes  
 Quam placidæ speciem signaque mentis habet.  
 Illis contingant quanti debentur honores;  
 Sic in longa suum sæcula nomen eat.  
 Ergo tibi, Præsul, surgit quæ gloria! quantum  
 Inter honorandos dignus honore coli.  
 Cæsaribus simulacra suis gens inclyta Romæ  
 Sculpsit, magnorum tot monumenta virûm:  
 Gens Vimaransenfis quantas tibi tollit in astra  
 Effigies, animi pignora grata sui.  
 Vive triumphator: baculum tua dextra gubernet,  
 Fulgeat inque humeris Purpura sacra tuis.  
 Nestoreos utinam felix Antistes in annos  
 Vivat, & ex nostris augeat ille suos.  
 Munera quæ toties dabit, & tot commoda nobis  
 Crescat, & æternùm floreat ista Domus.

F I N I S:

LICEN-





# L I C E N C A S

3

## DO SANTO OFFICIO.

*Approvaçãõ do M. R. P. M. Fr. Jorge da Incarnaçãõ, da  
Ordem dos Prégadores, Qualificador do Santo Officio &c.*

ILLUSTRISSIMI DOMINI.

**M** Oribus, aut fidei non hæc adversa Poesis;  
Clarius hac nullum Lysia vidit opus.

In Conventu Sancti Dominici Ulyssiponensi die 2. Aprilis  
1762.

*Fr. Georgius ab Incarnatione.*

**V** Ista a informaçãõ, póde-se imprimir o papel, que se  
apresenta, e depois voltará conferido para se dar licen-  
ça que corra, sem a qual naõ correrá. Lisboa 3. de Abril de  
1762.

*Trigoso.*

*Lima.*

DO

## DO ORDINARIO.

*Approvaçãõ do M. R. Abbade Diogo Barbosa Machado &c.*

EXCEL.<sup>mo</sup> E REV.<sup>mo</sup> SENHOR.

**E**Sta Elegia elegantemente composta, naõ contêm cousa alguma, que impida a publicaçaõ, que implora seu erudito Author. V. Excellencia ordenará o que for servido. Lisboa 22. de Abril de 1762.

*Diogo Barbosa Machado.*

**V**Ista a informaçaõ, póde-se imprimir o papel de que se trata, e depois de impresso torne conferido para se dar licença que corra, sem a qual naõ poderá correr. Lisboa 22. de Abril de 1762.

*D. J. Arcebispo.*

## D O P A C, O.

*Approvaçãõ de Joaõ de Alpoim Brito Coel'io , Academico da Academia Real &c.*

S E N H O R.

**V**I esta Elegia Panegyrica, que V. Magestade foy servido cõmetter á minha censura, e nella naõ achey cousa alguma contra as Leys, e serviço de V. Magestade, pelo  
que

que , e pela Poetica elegancia com que desempenha o nobre assumpto, que emprehende , me parece muito digna de que se leya estampada. V. Magestade mandará o que for servido. Lisboa 28. de Abril de 1762.

*João de Alpoim e Brito Coelho.*


**Q**ue se possa imprimir, vistas as licenças do Santo Officio, e Ordinario, e depois de impresso tornará á Mesa conferido para se taxar, e dar licença que corra, sem a qual não correrá. Lisboa 4. de Mayo de 1762.


*Carvalho. Emaus. D.Velho. Castello.*

... e pela P...  
... que emp...  
... V. Mag...  
... de Abril de 1702.  
... José de Almeida e ...


... Le sepo...  
... Ordina...  
... para se...  
... de Maio de 1702.

Carvalho. E... D. N. ... Castelo.


















000557



